# Actum feria secunda in crastino Sancti Stanislaj in Mayo. Anno Domini 1582.

AD Officium Zupariatus Ilcusiensis, personaliter venientes, Spectabiles, Generosi, Famati, atque Providi domini Cultores infrascriptj Generosus Martinus Chelmski Cracoviensis terræ vexillifer ex fir. 4 ldh fratris sui dominj Nicolaj Chelmskj nomine ex firach 2 Martinus Iwan Consul Ilc. ex 12 Iacobus Cwrskj ex 8 Adam Czarnij ex 5 Iacobus Fanteil ex 1 fir. Idem Iacobus Fanteil nomine Mariani Przytyczskj Burgrabij et Iudicis Castr. Cracoviensis uti factor ex fir. 2 Albertus Bernek consul ex 2 Ioannes Badowskj Ciuis Ilcusiensis ex 2 Gabriel Xyrzowskj ex 2 Stanislaus Gwistek ex 2 Andreas wnęczek ex 1 fir. Iacobus Broda Cuniculj subterraneij Czaiowiensis vocatj, atque aliarum Argentj fodinarum ecumeca Ilcusiam sittarum, Albertus Zanczynskj, Stanislaus Zawaczkj, Andreas Zichowskj, Ioannes Krosner Cracoviensis Ciues, Stanislaus Ianto, Consul Ilcusiensis, Ioannes Xmita Ciuis, Stanislaus Zatorskj Ciuis, Martinus Szmelcerz, Paulus Osieczkj Ciuis, Samuel Pekalia Ciuis, Adam Bernek Ciuis, Gregorius Slomnieczkj Ciuis Ilcusiensis, Sylvesterque Zbytnj, Stanislaus Popielarz, Ioannes Lamboch ciuis Cracoviensis vnani voto, et concordi ratione, deminole atque libere, cum coeteris omnibus prætitum Cultoribus palam fuerunt, et verbis expressis glbt memoratorium suo præesse, modo similj prout domini Cultores Stollæ Pomikowiensis Molybdenarum Eleemosinæ lttj auctores, atque distributores, iuxta ordinationem, et constitutionem, de data feria sexta post Conductum Paschatis. Anno 1580 contentus. Similj modo et ratione, consenserunt, consentiuntque realiter vere, moreque omnibus locis fodinarum memorarum dare secundum partitionem grossum ttinm, pro Ministerio Evangelicorum nunc in Æde Crucis Sanctæ in Præurbio Ilcusiensis sitte conferre, sine quibusuis Exceptionibus et diuerticulis mangasque stipulatione sese submittentes et obligantes præfatam prius, prout præsentem constitutionem in omnibus punctis et clausulis in toto saluam firmiter tenere, iuxta contenta eiusdem missionis et obligationis obseruare Eleemosinam omnem Minerarum trifariam diuisam. vel ad Ecclesiam S. Andreæ, et B. V. Mariæ in Ilcusiensi vnam pro Xenodochio, secundam vt pro Ministerio Evangelicorum, tertiam Ilcusiensij intea in Æde S. Crucis offa sua Ecclastica obeuntium

partē totiq integri, in manq seniorū, atq rectorū coetq Chriani postq̃lbt vo:
nem sedum ordinationē suā in pmissis factis tribq ppetuis dare, cedē. Vltro
sese offerūt, & suos succores ad faciedū & absolvedū implēdūq obligāt, one:
rāt cupiew. & haec pūs sua ordinao et constitutio put et prior robur et vim
firmitis ppetuę obtineat. Decretum int. Vniversitatem Crac. et Consules Crac. occa:
sione census reemptionalis.

STEPHANVS Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithua:
niae Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiae Livoniae etc. Princeps Transilvaniae.
Significamus praesentibus lrīs nrīs quorum interest vniversis et singulis
vocatos fuisse ad nos et Iudicium nostrum litteris Cittationis nrāe Fama:
tos Proconsulem et Consules Civitatis nrāe Cracov. ex eisdem officiis bonisque
illorum omnibus, ad instantiam Reverendi Rectoris totiusque Vniversitatis Stu:
dii Cracov. iuxta et ad inscriptionem antecessorum ipsorum propriam ideo quia
ipsi Censum annuum viginti marcarum per Venerabilem olim Matthiam Mie:
chovita apud ipsos sexingentis aureis Hungaricalibus emptum, per antece:
ssores ipsorum venditum et in pensa Civili vna cum domo pellionum assecu:
ratum et reformatum pro medicoque ordinario per eundem Matthiam Mie:
chovita fundatum, solvere non tantum negligunt sed etiam tenere recusant que:
madmodum eundem Censum vivente adhuc Egregio olim Foelici Sieprcio
Medico Ordinario cui is census ex praescripto Privilegii et obligationis ipsorum
praefatae debebatur pro annis quinque citra vel vltra moderno vero eius
successori Excellentissimo Martino Foxio itidem Medico Academiae Ordi:
nario per annos septem retinuerunt neque toties moniti solvere volunt Facientes
praemissa in gravi damnum prae iudicium et detrimentum Vniversitatis praefatae
quod sibi contra ipsos aestimabat Census quidem retentos ad ducentas qua:
draginta marcas damna vero ex hac ipsorum negligentia et procrastina:
tione vsque ad processum Iudiciarium qui ipsis necessario intentatur ad
Mille marcas pecuniae communis Itaque ad videndum et audiendum praemissa dicta
ipsis litteris deduci summam praedictam sexingentorum aureorum Vnga:
ricalium per ipsos ex praescripto obligationis ipsorum reponi debere decerni